

tur corpus vel sanguis Christi, a nemine præter sacerdotem et diaconum sine gravi culpa tangi possunt. Colligitur ex cap. *Non oportet* 26, et cap. *Non oportet* 38, dist. 23; et docent Paludanus, in 4, dist. 13, quæst. 1, art. 4; Suarez, tom. III, in III part., disp. 81, sec. 6; Layman, lib. v, tract. 5, cap. 6, n. 18; Tambur., lib. 1 *De sacrific.*, cap. 2, § 1; Quarti, *Comment. in Rubric. missalis* p. II, tit. 1, dub. 6, vers. *Certum est*; La Croix, lib. VI, part. II, n. 360; Sporer, tom. III, part. II, cap. 6, sect. 2, n. 403, ubi testatur de communi contra Ochagaviam, et Gobat negantes id esse mortale.

(9. Vasa sacra vacua extra sacrificium licite possunt tangi ab omnibus clericis, etiam sola prima tonsura initiatis; Suarez, Tambur., Quarti, Sporer, *loc. cit.*, La Croix, *loc. cit.*, n. 357, et alii apud Gobat, tract. 3, a n. 329, contra Filliucium, et alios id negantes de clericis sola prima tonsura initiatis. (10. Acolythy ministrantes licite etiam in sacrificio tangere possunt vasa sacra vacua per expressam concessionem Martini Papæ in cap. *Non liceat* penult. dist. 23.

(11. Omnes religiosi etiam laici ordinum mendicantium et communicantium eorum privilegiis, ac præsertim deputati ad servitium missarum et sacristiæ, possunt licite tangere vasa sacra, et lavare corporalia ob expressum privilegium concessum minoribus a Calixto III et Sixto IV, ut refert Casarub, in *Compendio privileg. fratrum Minorum, et aliorum mendicantium, et non mendicantium*, verb. *Corporalia*, num. 1 et 2, verb. *Ornamenta ecclesiastica*, num. 3 et 6.

(12. Laici et feminae, etiam moniales, absque necessitate vel rationabili causa nuda manu tangentes vasa sacra, peccant venialiter, ut cum Suarez, Coninch., Azorio, Sanchez tradit Layman, *loc. cit.*, num. 19, et tenet Quarti, *loc. cit.*, vers. *Secunda sententia*; Pasqual., q. 328, num. 4; La Croix, *loco citat.*, num. 538, et de communissima testatur Sporer, *loc. cit.*, num. 405, per text. in can. *Sacras* 25, dist. 23, et can. *In sancta* 40, dist. 1, *De consecr.* (13. Imo Tamburinus, *Opusc. de sacrificio* lib. I, cap. 2, § 1, n. 7; Sotus, in 4, dist. 13, q. 3, art. 3 ad 3; Fagundez, *Præcepto* 1, lib. III, cap. 21; Bartholomæus ab Angelo dialogo 5, § 321, et multi alii recentiores, quos citat Sanchez lib. II *Decalogi*, cap. 43, num. 27, sustinent laicos et feminas tangendo vasa sacra, secluso contemptu, nequidem peccare venialiter, quia canones id prohibentes possunt intelligi de consilio, et ob majorem decentiam, nec videntur continere præceptum, et si ad id accedat aliqua rationabilis causa, nullo modo peccare laicos et feminas tangendo vasa sacra, corporalia,

VATICANA BASILICA

De Vaticana basilica hæc habe.

(1. Vaticana Basilicæ (118) prærogativa est, ut in ea benedicantur pallia quæ a Ro-

(118) Brevem Vaticanae basilicæ descriptionem, sed accuratam, debemus præclaro eruditoque viro Francisco Cancellero, t. I nuperrimi operis, quod

et alia hujusmodi, tenent etiam Quarti, *loco citato*, vers. *Colligitur quinto*, cum aliis ibi citatis; Layman, *loc. cit.*, num. 19; Sanchez, *loco cit.*; Henric., et plurimi alii.

(14. Hinc moniales sacristianæ possunt licite tangere calices, corporalia, et hujusmodi. In ipsis enim adest rationabilis causa supradicta tangendi, cum ratione sui officii debeant calices, patenas, corporalia, et similia præparare, ministrare, mutare, et hujusmodi, quæ sine tactu præstare non possunt. Pasqualig., *De sacrific. novæ leg.*, q. 839, n. 9, cum Quintanadven. et Suarez ibi citatis; D. Cajetanus de Alexandris, in *Confessario monialium*, c. 11, § 5, q. 12, et alii passim, docetque praxis; cum enim moniales gaudeant privilegiis regularium, et laici regulares, præsertim deputati ad servitium missarum, et sacristiæ ex privilegio concessio laicis fratrum Minorum a Calixto III et Sixto IV, ut dictum est supra, num. 11, possint tangere vasa sacra, corporalia et purificatoria lavare, poterunt id etiam moniales sacristianæ, cum in iosis adsit etiam par rationabilis ratio.

(15. Adhibere sacra vasa, corporalia, purificatoria, et hujusmodi ad usum profanum, verb. gr. in communi mensa ad convivium, ad nares purgandas, et hujusmodi, est peccatum mortale; id enim præsertim gravem contemptum et irreverentiam; unde jure ipso naturali prohibitum est, ac etiam jure ecclesiastico in c. *In sancta* 40, c. *Vestimenta* 41, dist. 1, *De consecrat.*, et c. 26, 27, 29, 31 et seq., dist. 23; et docent Layman, *loco cit.*, num. 19, vers. *Dico quarto*; Quarti *loc. cit.*, vers. *Certum est primum*; Suarez, *loco cit.*, disp. 81, sect. 8, § *Quarto addendum*, et alii communiter.

(16. Imo sacra vasa convertens ad usum profanos, si est laicus, excommunicatur, et si sit ecclesiasticus, etiam ab officio depunitur. Concil. *Bracharen.* III, cap. 2, et facit ad hoc etiam concilium, quod dicitur Apostolor. cap. 12, et cap. *Ad hæc* 4, *De religiosis domibus*; concil. *Mediolanens.* II, part. II, titul. 2, *De ecclesiis*.

(17. Vasa sacra convertens ad proprios usus vel alienans, officio privatur, infamis fit, excommunicatur et tenetur ad restitutionem, concil. *Toletan.* XVII, cap. 4.

(18. Vasa sacra vel alia ecclesiastica Judæis vendens, est in poenitentia relegandus, et Judæi ipsa ementes conveniendi sunt a iudice, et ad restitutionem eorum statim compellendi: Gregorius I, lib. I, epistol. 65, apud Paravicinum *Polyantha sacror. canonum*, verb. *Vasa*, n. 8.

(19. Alia ad rem. *Vide* verb. CALIX. verb. PARAMENTA SACRA, verb. VESTIS.

mano Pontifice patriarchis et archiepiscopis mittuntur, Bened. XIV, tom. II, constit. 60

de capellis, ut aiunt, pontificiis et cardinalitibus inchoavit.

incip. *Rerum ecclesiasticarum*. (2. Et in eadem asservantur prope corpus B. Petri. Idem, *ibid.* (3. Ipsius basilicæ altaristæ injungitur cura arcule ab eodem pontifice donatæ, et in qua ipsa pallia asservantur. Idem, *ibid.* (4. Vaticana basilicæ archipresbyter dimissorias litteras clericis suæ basilicæ addictis dare, et sacramentum confirmationis administrare potest. Idem constit. 36, incip. *Cum a nobis*.

(5. Fontis baptismalis benedictioni in basilica Vaticana peragendæ, debent per se vel per alios interesse rectores ecclesiarum illi subjectarum. Idem. constit. incip. *Ad honorandum*, § 9.

(6. Vaticana basilicæ clero concessum est a Clem. XI, ut de singulis sanctis Pontificibus Romanis officia propria recitent. Idem const. 54, incip. *Postquam intelleximus*, § 50. (7. In Vaticana basilica celebrari debent beatificationes et canonizationes. Idem tom. I, constit. 36, incip. *Ad sepulcra apostolorum*, § 4. (8. Et ipsius Vaticanae basilicæ sacrario certæ præstationes asseruntur occasione beatificationum et canonizationum juxta decretum Alexandri VII confirmatum in d. constitutione *Ad sepulcra*, § 5. (9. Quod decretum hic ad litteram subnectitur, prout traditur ab eodem Benedicto XIV, *De servorum Dei beatificatione et beatorum canonizatione*, lib. I, cap. 46, § 5, n. 31, ibi: Sanctissimus dominus noster Alexander divina Providentia Papa VII, prout summum tum dignitate, tum pietate Pontificem decet, ob singularem suam decoris domus Dei dilectionem præ cæteris sollicitus, ut basilica Vaticana, quo par est tantæ molis, sacra etiam suppellectilis nitore resplendeat, sacristiæ ejusdem basilicæ sacras vestes, et sane ornatisimas, in canonizatione Sancti Thomæ de Villanova adhibitas præcipua sua munificentia, et in basilicam ipsam Vaticanam religiose elargitus fuit: volensque præterea in futuro sacristiæ ejusdem indigentis identidem religiose consulere, mandavit, ne in posterum secretarius pro tempore congregationis Sac. Rituum decreta beatificationum et canonizationum, quæ ab ipsa congregatione in fine causarum eduntur, in Acta sacrae congregationis referat, neque evulget, aut sub

VECTIGAL.

Vide verb. GABELLA.

VENATIO, VENATOR

SUMMARIUM

1. Venatio qualis et quando sit clericis et religiosis specialiter interdicta, et aliquando sit eis concessa. — 2. Venatio seu piscatio potest ex justa causa a principe vel republica sub pœna prohiberi, etiam in locis publicis. — 3. Imo prudentissime faciunt principes, et republicæ in variis casibus,

(119) Urbis Basilicæ vicarium habent, de quibus cum P. Andreucci opusculum ederet, Elenchum (t. I *Hierarch. eccl.*, p. 268) exhibuit ab anno 1507,

FERRAR. VII.

quovis prætextu procuratoribus et postulatoribus causarum, vel aliis quibuscunque consignet, nisi docto, se sacristis majoribus præfatæ Basilicæ consignasse sacram suppellectilem veri valoris aureorum mille pro canonizando, quingentorum vero similium pro beatificando; nempe in tot planetis, stolis, manipulis ac bursis corporalium, vel albis, et amictibus ad usum missarum privatarum, quæ dietim in dicta basilica celebrantur, aut in tot palliis et altarium lintaminibus pariter ad similem usum adhibendis. Et prædictis quidem arbitrio sacristarum majorum præstandis; quorum proinde curæ Sanctitas Sua demandavit, quæ magis pro tempore Ecclesiæ servitium exiget, procuratoribus causarum indicare, secretarium vero sacrae congregationis, et sacristas prædictos admonere, et quod eadem festine impleantur, invigilare. Ne autem hujusmodi decreti ignorantia præsumi possit, idem in Acta sacrae congregationis referri jussit; prout chirographum, seu verius supplicem libellum manu Sanctitatis Suae firmatum ibidem inferri voluit.

Die 27 Septembris 1659.

(10. Quia vero magna erat postulorum molestia in comparandis suppellectilibus ad normam decreti Alexandri VII, eodem annuente Pontifice, prædicto facilius modus est subrogatus; solvendi videlicet aureos quingentos in beatificatione, et aureos mille in canonizatione canonicis basilicæ æditis, qui eos fideliter erogant in comparandum suppellectilem necessariam, nec non capitulo reddunt rationes expensarum. Ideo in ejusdem basilicæ sacrario ad perpetuam rei memoriam erectus est lapis, in quo hæc verba leguntur (119):

ALEXANDRO VII, Pont. Max.

Quod singulari ejus munificentia Vatic. basil. sacra suppellectile abundanter sit instructa ad illamque conservandam et augendam apostolico decreto.

Perpetuo duraturum subsidium sit attributum; beneficii magnitudinem referentes, ac posteritati testantes.

Post anniversaria sacra solemniter instituta grati animi monumentum canonici possuere.

qui assignantur. Ad num. 12. — 13. Licitum est quælibet animalia ferina et silvestria nondum ab aliquo comprehensa prosequi et capere, ita ut statim fiant capientis, ubicunque capiantur, idem est de illis, quæ ex Domini potestate elapsa, in pristinam libertatem redierunt. — 14. Capientes animalia in leporariis, vivariis, stagnis, silvis non amplius et circumdatis, tenentur ad restitutionem. — 15. Item

* ad an. 1743, omnium, qui reperiuntur descripti, Vaticanae basilicæ vicariorum.

etiam animalia domestica, seu naturaliter mansueta, sicut ac ferina mansueta, quandiu redire

(1. Venatio qualis et quando sit clericis et religiosis specialiter interdicta, et qualis aliquando sit eis concessa? *Vide verb. Clericus*, art. 6, a n. 6 ad 38. Et adde quod cum episcopus Sarnen. suo clero venationem prohibuisset sub pœna suspensionis latæ sententiæ, recurrente autem eodem clero ad sacram congregationem Concilii, ipsa 21 Aprilis 1703, rescipit, pœnam suspensionis latæ sententiæ mutari in pecuniariam; idemque resolvit circa ludum. Sic refert Ursaya, *Institut.*, lib. II, tit. 10, § 4, v. 113.

(2. Venatio seu piscatio potest ex justa causa a principe vel republica sub pœna prohiberi etiam in locis publicis. *Communis*, patetque ex fere omnium regionum praxi, quidquid in contrarium scripserint aliqui dicentes, hujusmodi venationem aut piscationem, utpote jure naturæ, aut jure gentium licitam, non posse a principe, vel republica prohiberi; et ratio nostræ conclusionis est clara, quia cum ex justa causa possit princeps vel republica aliquid ex bonis particularium exigere, a fortiori poterit loca publica eorum usibus deputata aliis elocare, aut etiam interdiceret, ubi id exigat justa causa aut bonum commune.

(3. Imo prudentissime agunt principes vel republicæ, si, ne majoribus tributis gravetur populus, elocent fluvios communes, aut certa loca venationi idonea. Idem si prohibeant venationem tempore, quo animalia sunt gravida, ne extirpentur; aut tempore, quo nives sunt copiosæ, ne quasi omnia capiuntur cum publico detrimento. Item si prohibeant, ne fiat piscatio cum lumine nocte, aut cum certis quibusdam instrumentis, quibus etiam minutissimi pisces concluduntur, aut ne fiat piscatio per infectionem fluminis, aut escis venenatis cum fere omnium piscium extinctione in maximum boni communis detrimentum. Sic doctores communiter.

(4. Item potest princeps venationem prohibere in certis locis, et certorum animalium ad solam ipsius, vel alicujus personæ benemeritæ recreationem: cum enim ipse pro publico bono communi vigilet ac labore, justum est, ut populus ex publico ei honestas recreationes, et convenientem suo fastigio apparatus concedat, et insuper princeps habeat, unde compenset personas quæ pro reipublicæ defensione ac conservatione strenue laborarunt aut fortiter dimicarunt. *Communis*.

(5. Venantes et piscantes contra jus et prohibitionem principis peccant graviter vel leviter, juxta magis vel minus notabilem contraventionem et damnificationem: si enim jus et facultas certa venandi seu piscandi notabiliter lædatur, impediatur, aut diminuat, et grave nocuum communitati, seu alicui tertio, qui jus venandi aut piscandi conduxit, inferatur, tunc peccatur mortaliter: at vero si venatio aut piscatio prohibita, non sit graviter injuriosa reipu-

solent, non sunt primo occupantis, sed sunt domino comparenti restituenda, ad n. 26.

blica, nec alicui tertio, qui eam conduxerit, tunc nisi concurrant aliæ circumstantiæ rem aggravantes, erit solum peccatum veniale, ut notant passim doctores.

(6. Tales venantes et piscantes contra jus et prohibitionem principis, ultra peccatum, quod incurrunt, tenentur ad compensandum damnum inde secutum. *Communis* doctorum uno ore asserentium, quod si quis sobolem ferarum notabiliter extinxit, si ut pisces caperet, fluvium cum gravi detrimento reipublicæ aut conductoris venenatis escis infecit, is omnino teneatur damnum illatum compensare, et lucrum inde speratum resarcire.

(7. Idem pariter est dicendum, quando aliquis privatus jus privativum quoad alios habet ad venationem aut piscationem in aliquo loco: cum enim de jure civili possit quilibet jus venandi, aucupandi aut piscandi in loco ad se spectante, præsertim speciali sepe aut muro clauso sibi reservare, aliisque interdiceret, textu expresso in l. *Item si eundi* 9, § 5, ff. *De usufructu*, ibi: « Aucupiorum quoque et venationum redditum Caius ait lib. VIII juris civilis ad fructuarium pertinere, ergo et piscationum; » et § *Fere* 12, institut. *De rerum divisione*, ibi: « Plane qui alienum fundum ingreditur, venandi aut aucupandi gratia, potest a domino, si is præviderit, prohiberi, ne ingrediatur; » sequitur, quod peccet contra justitiam, et teneatur damnum illatum compensare seu lucrum inde speratum resarcire, qui domino notabiliter invito ibi venatur, aucupatur aut piscatur.

(8. Quamvis tamen, spectato solo jure naturali, talis venatio videatur licita, præsertim in prædiis apertis, omnibusque patentibus, ubi fieri potest sine detrimento ipsorum prædiorum domini, cum feræ non sint fructus fundi, nec ad fundum aut fundi dominum pertineant, nam feræ passim vagantes nullius sunt; et l. *Possessio* 1, § 2, ff. *De acquirend. possessione*, et § *Fere* 12, institut. *De rerum divisione*, dicuntur fieri primi occupantis, adeoque de jure naturæ videtur, quod non possit aliquis privatus venationem prohibere in suis prædiis apertis, omnibusque patentibus, ut recte La Croix, lib. III, part. II, n. 236, et cum aliis, card. de Lugo, tom. I, disputat. 6, n. 54, dicens, quod jura numero antecedenti adducta intelligenda sunt, quod possit privatus venationem sibi reservare, et aliis interdiceret in suo fundo, quando is est sepe vel muro circumdatus, vel talis propter aliquas circumstantias, ut domino liceat ingressum aliis impedire, ut si sit vinea, vel hortus, in quem ob fructuum custodiam possit dominus prohibere aliis ingressum, vel propter damnum, quod ex libero aliorum transitu imminere possit segeti vel arboribus; non autem quando fundus apertus est, omnibusque, quoad transitum, et alia patens sine ullo domini detrimento.

(9. Imo si in fundo aliquo etiam sepe clauso, sibi a domino quoad venationem reservato, aliisque interdicto ita multiplicarentur animalia, ut vicinis gravia afferrent nocuenta, posset ibidem neglecta tanquam irrationabili et injusta ejus prohibitione, venatio licite exerceri; quinimo teneretur ipsemet fundi dominus ad damnorum inde aliis obvenientium reparationem, cum esset vere causa illorum. Qui enim occasionem damni dat, damnum dedisse videtur, cap. *Si culpa* 9, *De injuriis et damno*, l. *Qui occidit* 30, § 3, ff. *ad legem Aquiliam*.

(10. Sic etiam principes tenentur ad restitutionem, si vel prohibendo, ne subditi feras arceant, seu abigant a frugibus, vel nimis multiplicando animalia, gravia afferant ipsis subditis nocuenta.

(11. Item si principes venando notabiliter proterant sata, grana excutiant, vineas et sepes lædant, aliaque similia gravia nocuenta subditis afferant, tenentur ad hujusmodi damnorum compensationem. *Communis*.

(12. Et a fortiori tenentur ad restitutionem privati venatores cum notabili detrimento proximi, v. g. destruendo semina, conculcando segetes, excutiendo grana, devastando vineas, sepes, et hujusmodi gravia nocuenta proximo afferendo. *Communis*.

(13. Licetum est quælibet animalia ferina et silvestria nondum ab aliquo comprehensa prosequi, et capere, ita ut statim fiant capientis, ubicunque capiuntur. Idem est de illis, quæ ex domini potestate elapsa, in pristinam libertatem redierunt. *Communis*, textu expresso in § *Fere* 12, institut. *De rerum divisione*, et l. *Possessio* 1, ff. *De acquirenda possessione*.

(14. Capietes autem animalia in leporariis, vivariis, stagnis, silvis non amplis, et circumdatis, non acquirunt eorum dominium, sed tenentur ea restituere, cum adhuc habeant dominum. *Communis*.

(15. Ita etiam animalia domestica seu naturaliter mansueta, sicut ferina mansueta, quandiu redire solent, non sunt primi occupantis, etiamsi longe aberraverint, sed sunt domino comparenti restituenda. *Communis*, per text. in § *Pavonum* 15, et § *Galinarum* 16, institut. *De rer. divisione*.

(16. Feram aut avem lethaliter vulnerans, et eam insequens moraliter certo capturus acquirit ipsius dominium, et consequenter, si ab aliquo capiatur, est restituenda, quia tali vulnere lethali jam censetur ipsam cœpisse. *Communis*.

(17. Si vero fera aut avis sit ita leviter vulnerata, ut adhuc fugere possit, tunc si alius eam fugientem capiat, est ipsius capientis, quia naturalem libertatem non amisit. *Communis*.

(18. Si autem dubium foret, an qui vulneravit, ratione talis vulnere esset capturus, nec desiisset prosequi feram vulneratam,

120) Sermo ille, ex quo testimonia indicatis capitibus relata Gratianus sumpsit, non est S. Ambrosii, sed Casario Arelatensi potius est ascriben-

tunc de æquitate esset dividenda inter vulnerantem et capientem tanquam duas concausas acquisitionis feræ secundum proportionem concausalitatis. Layman, lib. III *De justitia*, tract. 1, c. 5, n. 12; Henno, tom. II, *De justitia et jure*, tract. 2, disp. 4, q. 1. concl. 1, resolut. 2; Sporer, et alii passim.

(19. Eadem ratione si quis animal vagum insequatur, et illud in retia alterius incidat, tunc uterque habet jus illud capiendi, unus, quia retibus suis deprehensum est, alius quia opera et industria incidit: unde de æquitate est inter ipsos dividendum secundum proportionem concausalitatis.

(20. Si piscis reperitur ita inextricabiliter implexus in retibus alicujus piscatoris, ut nullatenus possit evadere, acquiritur statim ejus dominium; unde si alter ex ejus retibus ipsum eripiat, tenetur ad restitutionem. Secus autem est dicendum, si piscis adhuc poterat se eripere ex illis retibus, quia tunc fiet prius apprehendentis, eo quod defectu sufficientis apprehensionis nondum piscator censebatur illius dominus. De æquitate tamen est piscatori aliquid dandum juxta proportionem industriæ et probabilitatis prædæ capiendæ. *Communis*.

(21. Venatio et piscatio, si fiant solum recreationis gratia, non censentur ex se prohibita die festo, nisi addantur opera servilia; ipsa enim non sunt de se servilia, sed potius liberalia et communia servis et dominis. Bonacina, tom. II, disp. 5, q. unica, punct. 2, n. 23; Reiffenstuel, *Theologia moral.* tract. 10, dist. 1 q. 2, n. 16, et alii. (22. Dicitur autem notanter *Nisi addantur opera servilia*, quia revera venatio et piscatio non licent, si in ipsis concurrant alia opera servilia, prout accidere solet in venationibus clamorosis cum canibus et apparatu institutis, ac in piscationibus operosis et multi laboris non recreationis, sed lucri gratia exercitis, arg. can. *Quid prodest* 12, et can. *An putatis* 13, dist. 86, ubi ex verbis sancti Ambrosii (120) damnatur venatio diebus pœnitentiæ et jejunii exercita, ibi: « Quid prodest jejuna visceribus, et luxuriari venatibus? » et in citat. can. *An putatis*, sic expresse: « An putatis illum jejuna, fratres, qui primo diluculo non ad ecclesiam vigilat, non beatorum martyrum loca sancta perquirat, sed surgens congregat servulos, disponit retia, canes producit, saltus silvasque perustrat, servulos, inquam, secum pertrahit, fortasse magis ad ecclesiam festinantes, et voluptatibus peccata accumulata aliena, nesciens se reum futurum, tam de suo delicto, quam de perditione servorum? » Unde si sanctus Ambrosius tanta dicit de venantibus diebus jejunii, quid diceret de profanantibus dies festos tali exercitio?

(23. Permittitur tamen tanquam licita die festo piscatio certorum piscium raro, et certis solum anni temporibus occurrere et ap-

120) Sermo ille, ex quo testimonia indicatis capitibus relata Gratianus sumpsit, non est S. Ambrosii, sed Casario Arelatensi potius est ascriben-

parere solitorum, ut halecia, et hujusmodi, textu expresso in cap. *Licet feriis*, 3, ibi: « Indulgemus ut liceat parochianis vestris diebus Dominicis et aliis festis, præterquam in majoribus solemnitatibus, si halecia terræ se inclinaverint, eorum captioni, ingruente necessitate, intendere, ita quod post factam capturam ecclesiis circumpositis, et Christi pauperibus congruam faciant portionem. »

* Ex hoc ipso capite theologi plurimi inferunt venationem piscationemque opera servilia esse, festis diebus interdicta: « Venatio et piscatio sunt opera servilia. Nam sunt actiones corporales per se, et primario ordinatæ ad utilitatem corporis, et ad aliud opus corporeum, scilicet ad captiorem et occisionem ferarum et piscium. Idem die de opere pingendi, cum sit opus corporale immediate ordinatum ad artefactum sensibile, assimilandum rei veræ, soleatque a mercenariis, seu iis, qui lucrum ex arte quærunt, fieri. Et in concil. *Meldensi* anno 843, expresse prohibentur pictura et venatio. De piscatione constat ex cap. *De feriis*, ubi specialiter sub certo onere conceditur facultas halecia piscandi ob necessitatem. » Ita Antoine in tractatu *De virtute religionis* cap. 7, quæst. 2. Cæterum Cuniliati tract. 6 *De III Decalogi præcepto* cap. 1, § 3, num. 13, etsi venationem piscationem, aucupationem de se esse servilia et mechanica fateatur, atque adeo ea exercere festis diebus, nisi excuset materiæ parvitas, mortale peccatum esse statuat, tamen deinde Suaresium citat, qui hæc, si quiete, ac sine magno apparatu unius recreationis causa fiant, non videri die festo prohibita scribit. Nam subdit: « At inquit: *Durus sermo* (Joan. VI, 61); non licebit igitur recreationis gratia, et solius relaxandi animi motivo, in illis se exercere? Respondet communis, quod profecto, si magnus apparatus, et labor impendendus sit in delatione et præparatione instrumentorum, si intervenire debeat venatorum tumultus, ut contingit in venatione ferarum et piscatione maritima, omnia recensita præceptum graviter violent, idque sentiunt etiam benigniores theologi. Si autem fiant quiete, sine tumultu aut magno apparatu, ut fieri solet in aucupio aut piscatione hamo facta solius recreationis gratia, non videntur prohibita, dicit Suarez c. 28, n. 5. Ut consoleris, afferam, tibi hujus pii et docti theologi verba: Si aliqua venatio recreationis gratia excipienda est, per modum excusationis eximenda est; non quia per se servilis non sit, et prohibita: erit autem excusatio prima, ob levitatem materiæ, et ex quadam morali necessitate ad evitandum vel otium vel pejora opera: et quidem si venatio esset moderata, et quidem solum a

VENDITIO.

Vide verb. EMPTIO.

(1. Clerici beneficiati prohibentur unico actu vendere commodum seu utilitatem per-

prandio per duas aut tres horas, mihi non displiceret excusatio. Tamen quia difficilia est damnare illos omnes, qui majorem sumunt licentiam; ideo potest addi alia excusatio ex consuetudine, quæ potest legem remittere, quæ videtur in hac parte prævaluisse, scientibus et tolerantibus pastoribus ecclesiæ, quamvis introducta fuerit ex apprehensione, et vulgi æstimatione, quod venatio nobili modo exercita non putetur opus servile, neque inde scandalum sumant, etiamsi in die festo fiat. » Hæc ille *.

(24. Rigorose loquendo non est venandum tempore Quadragesimæ. Sic expresse respondit Nicolaus I, *Ad consulta Bulgarorum* cap. 34, et concordat citat. can. *Quid prodest* 12, et can. *An putatis* 13, dist. 86. Hic tamen rigor videtur abuisse in desuetudinem. Unde La Croix lib. II, n. 238, insuper dicit quod si absit scandalum, potest venator vel auceps in Quadragesima capere feras vel aves, et vendere in terris hæreticorum.

NOTA ROMANI THEOLOGI.

Caveat vero, ne ita errorem hæreticorum probare videatur et ne contemptui orthodoxæ Ecclesiæ disciplinam exponat.

RESPONSIO AUCTORIS.

Quæ refero *loc. cit.*, verba sunt La Croixii, qui dicit quod si absit scandalum (intellige tam activum quam passivum) potest venator vel auceps in Quadragesima capere feras vel aves, et vendere in terris hæreticorum; quod faciendo, si vere absit scandalum omne tam activum quam passivum, nec errorem hæreticorum probare videretur, nec contemptui orthodoxæ Ecclesiæ disciplinam exponeret.

(25. Venatores solent se induere communiter veste viridi, ad hoc ut propter aspectum viroris, quem bestiæ naturaliter diligunt, minus venatorum insidias expave-
scant.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(26. Duo novissime de hac materia edidit opuscula Iskstatt: alterum, *De eo quod jure naturali circa venationem juris est*; alterum *De eo quod jure publico universali et particulari imperii Romani circa venationes juris est*. *Quinque hoc constat capitibus*. Primum est de majestatico et territoriali circa venationes jure. Secundum de regali venationis jure, et quidem in fundis civitatis publicis, Tertium de regali venationis jure in fundis privatis. Quartum de regali venationis jure in territorio alieno. Quintum de regali venationis jure subordinato sive landsassico. Meo judicio in duobus hisce opusculis pro dignitate auctor hic de hac materia agit. Eum igitur consule, ubi res ita postulat.

ciplendi fructus beneficii quoad vixerint, vel per longum tempus, recepta pecunia in

ea summa, de qua conventum est inter contrahentes, sive pecunia illa tota simul solvatur, sive per plures solutiones. (2. Id vero velutum sub excommunicatione et aliis pœnis contra alienantes bona ecclesiastica inflicti; et contractus omnes ita celebrandos in futurum irritat et annullat Benedictus XIV, constit. 29, tom. I *Bullar.*, incip. *Universalis Ecclesiæ*.

(3. In contractu emptionis et venditionis, si fiat pactum, quo venditor, quandocunque

VENENUM

Liceat hæc adnotare.

(1. Componens venenum hominis necandi gratia, reus est homicidii, morte secuta, *L. Capitalium* 28, § 2, ff. *De penis*; Corrad., in *Praxi dispensat.*, lib. I, cap. 1, n. 20; Ursaya, *Institut. criminal.*, lib. II, tit. 5, n. 77, et alii communiter.

(2. Item reus est homicidii venenum vendens, vel apud se retinens, hominis necandi gratia, morte secuta: Ursaya, *loco cit.*, et alii per textum: in cit. *L. Capitalium*.

(3. Et a fortiori homicidii reus est ipsum venenum propinans et mandans propinari ad dictum malum finem: Communissima, per text. in cit. *Capitalium*. (4. Plus est enim homines veneno, quam gladio et sica occidere, textu expresso in *L. Plus est, C. De maleficis*; ubi: « Plus est hominem extinguere veneno quam occidere gladio. »

(5. Homicidium veneno commissum punitur pœna ultimi supplicii, per text., in cit. leg. *Capitalium* 28, § 9, ff. *De penis*; imo reus tanquam assassinus trucidari debet malleo in capite. Cavalcant. *De Brach. Reg.*, part. IV, n. 57; Guazzin., ad defens. 43, cap. 4, n. 8; Ursaya, *loc. cit.*, n. 86, et alii.

(6. Venenum porrigens conjugatæ vel conjugato ad facilitandum matrimonium

voluerit rem venditam redimera, obligetur in vim ejusdem pacti plus dare quam receperit in venditione, contractus est injustus. *De synodo diœc.*, lib. VII, c. 51, § 4.

(4. Si venditio fiat cum pacto redimendi intra certum tempus, quo elapso, non sit amplius locus retrovenditioni, iste contractus sapit usuram, ex eo, quia videtur inducere naturam pignoris. *Ibid.*

Alia vide verb. EMPTIO.

cum conjuge superstite, puniendus est pœna mortis; Censal., *Dec. Januens.* 10, n. 36 et seq., ubi refert quod fuit suspensus juvenis, qui placentam venenatam tradi fecerat Patri Amasiæ, ad hoc, ut post necem patris eandem Amasiam duceret; et Rainald., tom. III, cap. 31, § 4, n. 10 et seq., ubi quod ita practicum fuit in Urbe de anno 1768 in *Firmana Uxoridii*, quodque ita practitari deberet, etiamsi non sequatur mors, refert et tenet etiam Ursaya, *loc. cit.*, n. 93, 94 et 95.

(7. Homicidium committens veneno, non gaudet immunitate ecclesiastica. Sac. cong. Concilii sub die 3 Decemb. 1632, apud Barbosam, in *Summ. apostol. dec.*, verb. *Homicida* n. 7, et sæpius sacra cong. Immunitatis; et colligitur ex novissima constitutione Benedicti XIII, incip. *Ex quo*, § 6, ubi immunitate ecclesiastica privantur interficientes proximum suum animo præmeditato ac deliberato; qualitas enim veneni semper præsupponit præmeditationem, ut ex aliis recte docet Ursaya, *l. cit.* n. 6, vide ipsum *loc. cit.*, lib. II, tit. 5, a n. 74, ubi multa habet ad rem.

(8. Alia ad rem. Vide verb. HOMICIDIUM, verb. IMMUNITAS, verb. MARITUS, verb. MATER, verb. UXOR.

VENERABILE SACRAMENTUM.

Vide verb. EUCHARISTIA verb. MISSA, verb. PROCESSIO, verb. SACRAMENTUM, verb. SACRIFICIUM, verb. TABERNACULUM.

VENERATIO SANCTORUM.

Vide verb. CULTUS SACRORUM.

VESTIS.

SUMMARIUM

1. Femina non potest uti veste virili, nec vir veste feminea, et hoc si fiat sine prava intentione, etc., erit tantum peccatum veniale; alias mortale. — 2. Quomodo peccent sæculares utentes vestibus religiosi ignominiose in ludis, etc., ad n. 5. — 6.

(1. Femina non potest uti veste virili, nec vir veste feminea, et hoc si fiat sine prava intentione, periculo scandali, et libidinis, erit tantum peccatum veniale; alias mortale. Vid. verb. HABITUS num. 50. (Vide etiam notam ibidem appositam.)

Vestes sacræ non possunt amplius converti in usus profanos. — 7. Quid faciendum de vestibus sacris vetustate consumptis? — 8. De vestibus clericorum ad n. 10. — 11. De vestibus necessariis pro celebratione missæ, ad n. 12. — 13. Alia multa ad rem ad n. 47.

(2. Sæculares utentes vestibus religiosi ignominiose in ludis vel in lasciviis, peccant mortaliter, et incurrunt graves pœnas, et possunt puniri per iudices sæculares. Vid. d. verb. HABITUS, n. 47. (3. Unde concilium *Mediolanense* I, p. II, tit. *De Clericis*